



60
7

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16



1. Sine lege monstrofus Iure-consultus. H. A. M. Holtormann. G. J. B. Kuhlmann.
2. De successione parentum binuborum in bona liberorum ex priori matrimonio infestatorum. R. F. Schragig. R. J. S. Elfinger.
3. De bonis constante matrimonio quæsitis. R. P. Müller. R. G. A. Plattner.
4. De jure columbarum. R. P. Müller. R. G. F. Brendel.
5. De causis honorum non factis. R. P. Müller. R. D. Hetzer.
6. de conquirente officio iudicis. R. P. Müller. R. H. S. Darschlaff.
7. de abscondo. R. P. Müller. R. J. G. Vogel.
8. de gradu Doctoris. R. P. Müller. R. I. I. Lotzbeck.
9. de diebus iudicis non Amis in diebus festis. R. P. Müller. R. J. A. Heifer.
10. de bonis parochialibus non essentibus. R. P. Müller. R. J. H. Winter.
11. De pecunia doloris non essentibus. R. P. Müller. R. F. G. Rumpel.
12. De fondificatione in fraudem creditorum facta. R. P. Müller. R. J. E. Siebold.
13. De iuramento litis decisorio judiciali. R. I. C. Scherger. R. C. C. Kober.
- 13.6) quomodo nuda conscientia crimini quem involvat. R. Idem. R. J. P. Bohemg.
14. De conditione: si non supserit. R. I. C. Hartung. R. J. H. Faehs.
15. De teste unico. R. Idem. R. J. C. Duwe.
16. de novalibus non dicitur. R. H. B. Kloth. R. H. A. Kloth.

17. de Proafallo. ^{per} Cofutträger ^{Pr.} A. Mylig. ^{Pr.}
^{G. R. Avemann.}
18. De terminis legalibus. ^{Pr.} J. C. Naevig. ^{Pr.} A. F. Lenz
19. de Bigamiae praefcriptione. ^{Pr.} C. Thomafig.
^{Pr.} G. Beyer.
20. de Crimine Bigamiae. ^{Pr.} el ^{Pr.} eodem.
21. De jure circa somnum et somnia. ^{Pr.} C. Thomafig.
^{Pr.} T. Beutof.
22. De actione fidejussoris ad versus de-
bitorem antequam solvit. ^{cc.} l. 38. §. 1.
^{f.} Mandat. ^{Pr.} eodem. ^{Pr.} G. F. Köpner.
23. De obligatione ex testamento imperfecto.
^{G. F. Fitis.}
24. de veneficio filiae abstinendi hereditate
paterna, ad effectum exigendi dotem
promissam ex P. II. L. ult. ^{f.} de dot. sollat.
^{Pr.} G. Barth. ^{Pr.} J. F. Lauer.
25. De quarta Trebolianica. ^{Pr.} G. Berger.
26. De divisione rerum communium. ^{vis.} 1.
^{Pr.} Schroiter.
27. De privilegio militum. ^{Pr.} F. Biegler. ^{Pr.}
^{Pr.} C. Kirchner.
28. fontes adjectiviarum qualitatam. ^{Pr.} H. Berger.
^{Pr.} G. Blümichen.
29. de prorogatione jurisdictionis. ^{Pr.} W. Lutzer.
^{Pr.} M. H. Alleg.
30. In actione negatoria, utrum actor probare
debet an. ^{Pr.} W. Lutzer. ^{Pr.} G. C. Ostermann.

31. De mercibz illicitis seu contrabandis. P. W. F.
Martini h. C. H. Horn.

32. de fato. P. J. Keusner. h. J. B. Keusner.


33. de pice ovium non essiffroy ruysh. h. J. A. Struv.
h. H. Gerlach.

34. de admodiatione non Impuiffy. P. J. A. Struv.
h. F. J. Lautik.

35. Venereu illicitam ejusq. coercionem
P. J. A. Struv. h. J. Krea.

36. de mortificatione. P. J. A. Struv. h. J. L. Leucht.

37. de eo quod justum vel injustum circa laesione
pudicitiae. P. J. C. Falckner. h. J. P. Pleetz.



D. D.

DE

CONQUIESCENTE
OFFICIO IUDICIS

Decreto

Magnifici Jctorum Ordinis

In Illustri Salana

PRÆSIDE

PETRO MÜLLERO, Jcto

Consil. Saxon. Curix Provincialis Scabinatus &
Juridicæ Facultatis Assessore, nec non Pan-
dectarum Profess. Publico

PRO LICENTIA

promerenda

horis ante & pomeridianis.

ad diem Maj. disparabit

HEINR. SIGISM. Dandlufft/

C. M.

Jenæ, typis Bauhoferianis.



VIRIS

*Illustribus, Magnificis, Nobilissimis
atque Excellentissimis*

DN. JOHANN. FRIDERICO
BACHOVIO ab ECHT,

Serenissimi Ducis

DN. DN. FRIDERICI
Ducis Saxon. Iul. Cliv. ac Montium &c.
Consiliario Intimo Eminentissimo &c.

Ut est

DN. JOHANN. CASPAR.

Hendrichen/

Toparchæ in Bendorff/ Frauensels/ &c.
Jcto Consummatissimo Serenissimi Ducis

FRIDERICI

Vice-Cancellario, Consistorii, quod Alteburgi est Præ-
sidi longè gravissimo &c.

Dnn. Mæcenatibus, Patronis ac Promo-
toribus suis aviternum devenerandis

*hanc Inauguralem
devota ac submississima mente
consecrat*

humillimus Client

Heinr. Sigism. Danckluffe.



PROOEMIUM.



Non ea pudoris humani, quem à natura cuiquam attributum novimus, ut sit officii custos, integritas & indoles amussitata, ut omnes mortales in officio satis ubique contineat: neque LL. etiam ipsis per se eam vim inditam esse constat, ut ipsa à Transgressoribus sese vindicare queant, nisi sit, qui iis de omni tuo vigore custodiendis & executione mandandis adhibeatur. Quamobrem à sapientissimo omnium Conditoro DEO O. M. Magistratus & Iudices Superiores & Inferiores, veluti nobiliora nobilium iudiciorum organa iudicis proposita & instituta, *Exod. cap. XIX. vers. 21.* ut omnia, quæ ad conservationem & salutem Reip. conducunt, tanquam viri boni iusti (ne in ore vulgi dicitur illud: plus valet favor in iudice, quam omne jus in Codice. Nostri: Eine Mische Günst vermag mehr / als ein Scheffel Rechts. Cui non ab simile istud *Zælianum Comm: ad Jus Can. lb. 1. Decret. tit. de offic. iud. n. 6.* femi uncia favoris saepe pluris est, quam deunx juris & aequitatis audiatur) ex officio nemine petente pro circumstantiarum qualitate peragant, ut ex iure Comm. sepositis aliis iuribus facili demonstrari potest negotio. Sic iudex ex officio in omnibus causis concernentibus publ. utilitatem & in his quæ concernunt honorem & decorem Reip. præsto esse debet *Calvol. in P. A. § iudex. l. c. 7. n. 6.* injustam appellationem ex officio *l. 1. n. de Appell.* & omnia litem protelantia sponte sua re-

4.

jiciat *Berlich*, p. 1. c. 28. n. 15. *Carpz*, x. c. 11. f. 17. quia scilicet fines litium esse, Reipubl. interest l. 5. π. pro suo l. 1. ff. de usucap. *Mevius* p. 1. dec. 42. n. 4. & p. 2. dec. 277 *Carpz*. *Respons.* lib. 3. *Respons.* 120. n. 18. l. properandum C. de Judic. Sic absentis defensionem merito studet iudex l. 19. π. de Penis l. 33. §. 2. π. de Procurator. Pariter, ubi res publicæ vel piæ in discrimine versantur iudex ex officio providet, etiam non rogatus prout hoc factum dicit. *Mevius* p. 7. dec. 151. Hinc quoque iudex scandalo obviam it. l. 47. π. de judic. l. 1. pr. π. ad Sct. Maced. facitque necum alia, sponsalia celebrentur, antequam priora plane discussa & pro invalidis sint declarata. Vid. plura apud *Calvel*. P. A. cit. l. *Socin.* de Reg. Reg. CCXLV. *Zaunschliffer*. tr. de Offic. Judic. supplet. per 101. In Criminalibus quoque iudex deficiente accusatore ratione muneris sui inquirere obstructus est, adeo ut negligens ipsemet crimine non levi teneatur, uti tradit. *Foller.* in P. C. Can. in verb. aut inquisitione n. 20. & seqq. *Heig.* qu. 39. n. 24. Hac instituta & peracta etiam ex officio pro Rei defensione laborare & defectum partis supplere debet l. si non π. de Pen. l. 1. π. de Quest. Interest enim Reipubl. innocentes defendi l. serv. 23. §. publ. de Procurat. Quamvis autem maxima ex parte prædicta ita se habeant, tamen in omnibus libera potestas, præprimis in iis negotiis, quæ principaliter ex persona partis radicanter, iudici non est relicta, sed prius petitionem partis expectet. Qua de materia præsentem Inauguralem disputationem elaborare debui. Antequam autem initium faciamus merito meminimus illius, quod secuti sunt omnes Principes & Imp. & præcipue Imp. noster Justinianus, qui passim libros suos auspiciatur ab invocatione nominis divini, ut patet ex Procem. Inst. & l. 2. C. de Off. Praefect. Prator. & c. 6. non observatis 26. q. 7. ubi etiam affertur monitum D. Pauli. Divino ergo auxilio freti rem ipsam aggredimur.

CAP. I.

CAP. I.

continens

Descriptionem ac Fundamen-
tum.

SUMMARI.

Descriptio. Fundamentum.

Thef. Unica.

De Onomatologia vocabulorum Conquiescent. officii iudicis, quæ insimul etymologiam, homonymiam & synonymiam sub se comprehendit, jam solliciti haud erimus, quin potius B. L. eandem discipulæ ad Lexica lubentur remittimus. Rem ipsam aggredimur, describimusque conquiescens offic. iudic. quod sit Intermissio dirimendarum litium, tollendorumque gravaminum, ut etiam secundum æquitatem nequeat exercere jurisdictionem. Fundamentum dissertationis nostræ reperiri potest in iure nostro, & quidem in textibus specificis l. 4. §. 8. π. de damno infest. l. 68. π. de iudiciis l. 55. π. de R. Jud. l. iudicium 58 π. de iudiciis l. 3. C. de Dilationibus. l. 49. §. 1. π. de Act. Empr. Nov. 53. c. 2. l. Appellatione ff. Nihil innovari appellatione interposita. l. 3. Cod. Quando provocare Nov. 134. c. 3. in fin. l. 5. 7. π. de Administ. incor. l. ut fundus. 18. π. Communi dividundo l. 3. C. de Appellationibus l. 1. C. de Relationibus l. 1. §. Magistratus π. de Magistr. Conveniend. l. Propetrandum §. 1. Cod. de iudiciis c. bone memoria 4. X. de postul. Prælator. l. iudicis. 12. C. de digni-

A 3

CAP. II.

6.
CAP. II.
De Conquiescente iudicis officio
ratione Personæ.

SUMMARIÆ.

I. Parum utilitatis ex Gubernatione Rom. Reipubl. quoad praxin habetur. Divisio Iudicum modernorum. Quinam ordinarii iudices in Imp. Rom. I. & III. Quinam loco bonum exercent iurisdic. Ecclesiasti. & quatenus eorum quiescat officium. IV. Quiescit officium iud. secul. furore superveniente. V. Si suspectus. qualis suspicio requiratur. VI. Praxis quoad remotionem suspensionis. VII. Si fuerit Ad- vocatus in eadem causa. VIII. Plures dantur suspi- ciones. IX. Si in causa propria iudex. X. Proli- xius hoc explicatur in C. Theodos. Quid à partibus quoad hoc observandum. XI. Ampliationes. XII. Quiescit officium iudicis ratione Assidentium. XIII. Quando cessat officium iud. Extraordinar. & qui. Quando Commissar. cessat officium. XIV. Arbitr. iud. Extraord. Quiescit eorum officium. in Crim. Matrim. &c. XV. Colleg. Magistr. accensentur iud. extraord. Quiescit offic. in negotiis potestatem eorum excedent. XVI. Iud. Ord. conquiescit officium, si citat sub- ditum alterius iurisdic. Si iterum quis ex foro contractus confessum recedat. Si ob comexitatem cause in alio iudi- cio manere cogitur. XVII. Ratione personarum miserab. Simultanee investit. XVIII. Ratione Comit. Baron. &c. quoad incarcerationem debiti. XIX. Denique Mulierum ob privileg. in causis Civil. & pecun.

Th. I.

Omiso jam ulteriori, uberiorique fundamento primum Ma- gistratus consideraturi sumus; nolumus autem hoc loco mentionem facere Gubernatorum Rom. Reip. quâ multum im- plicantur Theoretici & parum utilitatis inde resultat, uti de hac conquestus est Ruland. in *tr. de Commiss. lib. 2. Interrog. cap. 2. in pr.* Facies enim illius imperii penes immutata; Hinc o-
leum

7.
Ieum & operam perdunt, qui ex antiquitate Romana hodie-
nam statum iudicum praescribere velint. Notandum autem hac
vice, quod Iudex sit vel ordinarius vel extraordinarius. Or-
din. iterum vel Ecclesiasticus vel Secularis. In Imperio Rom.
Imperator & quilibet qui habet jus territoriale ab eo, est ju-
dex ordinarius; Nam extra controversiam est, quod Impera-
tor in Imperio superior & fons totius jurisdictionis sit, à quo sine
scaturiginis obstructione aliae omnes derivantur jurisdictiones.
Joh. Andr. in addit. ad specul. Tit. de jurisdic. omn. jud.
Reinking de R. S. & E. lib. 1. class. 5. cap. 6. Sic misis aliis
locis in Saxonia & quidem in Electoratu Elector; in aliis a-
territoriis Saxonis Ducis habentur pro iudicibus ordi-
nariis & jurisdictionem immediatè ordinariam exercent respec-
tu Statuum suorum Provincialium & inferiorum iudicum per
quos tanquam iudices ac Magistratus mediatos iustitiam ad-
ministrant.

Th. II.

Nobis autem hic non est animus de Imperatoris & Sta-
tuum potestate tractare, sed tantum de iis iudicibus, qui ex con-
cessione hujus vel illius Status Imperii eorum tam Ecclesiast.
quam Civilem exercent jurisdictionem & quibus modis
supervenientibus horum quiescat officium. Sic in terris Sax-
oniae vicem Dominorum non qua talium, sed qua Episcoporum
vid. Carpov. Jurisp. Consist. lib. 1. def. 2. in Consistoriis pera-
gunt Praes illius iudicii & Astesores ab iis constituti, coram
quibus Clerici sunt conveniendi, sive à Clericis sive à Lai-
cis conveniantur per text. in c. 1. & 2. & c. si diliget. §. fin.
C. significasti. de foro competente & qualiscunque sit causa sive
Ecclesiastica sive Secularis, modo Clericorum personam con-
cernat & Reorum vicem sustineant in Consistorio sive iudicio
Ecclesiastico ventilari debet, secus est, si Reus Laicus a Mini-
stro Ecclesiae in negotio seculari conventus, tunc forum haud
fortitur in Consistorio. Nam jus commune non admittit a-
ctionem intentari in foro actoris l. 2. C. de Jurisdic. l. ult. C.

abj

ubi in rem actio, Adeo ut coram incompetente iudice Reus ut li-
tiget cogi non possit, qui jus dicendi potestatem non habet, uti
constatur O. P. E. Saxon. de Ann. 1612. tit. 12. n. 7. §. Dies
weil dann ein jeder vor seine Obrigkeit conveniret.

Thef. III.

Hæc prædicta procedunt, si Clericus personaliter conve-
niatur; fruuntur enim tali privilegio ob concessionem Magi-
stratus Evangelici; quibus ob dignitatem ecclesiasticam ali-
quam prærogativam iis attribuere placuit, non autem pro-
pterea, quasi Clerici à jurisdictione seculari essent exempti.
Hinc Consistorialium officium quiescere & actio intentata ad
forumulare remitti debet, si habent a Domino bona feuda-
lia, tali enim casu cessat privilegium fori & coram Domino feu-
di sunt conveniendi Gail. 1. *obs.* 30. n. 1. Myns. C. 1. *obs.* 22. n.
6. vid. Afflic. *de feud. sæm.* §. fin. n. 6. Bald. in *cap.* 1. n. 4. *de*
Controv. feud. apud. Pares term. (2) Quando causa est realis in-
ter Clericum & Laicum per l. fin. C. *ubi in rem act.* Nam ra-
tione rei quis sortitur forum ubi res sita, & ibi persona non di-
citur obligata Carpz. in *Proc. Tit.* 3. art. 3. §. 3. n. 27. & Schul-
tes. *obs.* 25. n. 19. *Ord. E. sub Tit.* von Immunitäten und Frey-
heiten der Kirchen-Diener. §. was aber *Ord. P. Jenens. c.* 17. n. 8.
Diff. Panormitan. (3) Si Regalia ab Imperio & Imperatore habent,
ratione enim horum bonorum forum alibi sortiuntur. vid. Gail. 1.
obs. 30. (4) Si Clericus consentiat in Laicum, puta in arbitrium ut
ejus sententia valeat in vim pacti scil. si est arbitrium de rebus
Civilibus. Plures limitationes tradit Socin. *ad cap.* 1. & 2. *de*
foro Competente a n. 25. usque *ad finem* ubi XXIII. fallen-
tias proponit. (5) Licet actio personalis coram iudice Eccle-
siastico contra Clericum sit ventilata, tamen si ad executionem
bonorum immobilium devenit, a iudice rei sitæ
fieri oportet, proinde cessante Ecclesiastici iudicis officio bra-
chium & potestas secularis imploranda. *Ord. P. de Anno 1612.*

Tit.

Tit. von Cistorial-Sachen n. 2. §. und weil uns andere vers. ies doch daß iederzeit id. Carpov. *Jurispr. Confessorial. lib. 3. tit. 1. d. 7. n. 12. id. f. 13. n. 4.* (6) In Criminalibus, in iis enim delictis, quorum poena est capitalis & corporis afflictiva, facta a Consistorio ad judicem secularem remissione, quiescit jurisdictio Ecclesiastica. Ord. Eccles. Sax. : Tit. von Freyheiten der Kirchen & Diener §. was aber vers. aber die hohen & sub Tit. von beyden Consistoriis cap. 10. Carpz. *d. l. f. 5.* quia jura non permittunt Clericum vel Episcopum, cujus personam Consistoria representant, interesse judiciis Criminalibus. *c. clericos 5. & c. sententiam 9. in pr. X. Ne Cler. vel Monach.*

Thes. IV.

Hæc sufficient de judice Ecclesiastico; pergimus nunc ad judicem secularem, qui est quasi lapis angularis, basis & fundamentum judiciæ Vant. *de Nullitat. Rubr. de def. jurisdic. n. 21.* nec non Dux & Imp. ejusd. Ludolph. Schrader. *de feud. p. 10. in præamb. n. 2.* Quiescit autem hujus administratio, (1) furore superveniente *l. 8. §. 1. de tutor. dat.* Nam non impedit furor totaliter eum desinere judicem, contingere enim potest, ut recedente furore judicio iterum operam dare possit *l. 39. §. 1. 96. π. de jud.* Interea autem alius judex ei surrogatur, secus à se habet, si perpetuo furiosus maneret, tunc planè judex esse desinit, quia substantia judiciæ est æquum ab iniquo separare *l. 1. π. de l. & l. & judicare est de jure disceptare, jure autem disceptare est justè judicare; Hinc non potest esse judex is, in quem non cadit cognitio justitiæ, ut arguit text. in C. for. 10. X. de V. S.* In talem autem cognitio hujusmodi non cadit, cum sit operatio intellectus, qua ipse caret, absentibus enim & dormientibus furiosi similes sunt & quidquid vident ignorant. *l. 1. §. 3. π. de acquir. poss. l. 2. §. 3. π. de jur. Codic. l. furiosus π. de R. J.*

Thes. V.

Justam quoque (1) causam, ut conquiescat officium judicis præbet suspicio, si quidem ex juris provisione lites absque omni suspensione ventilari debent. *l. 16 C. ac judic. & periculum*

B

sum

sum durumque est sub iudice litigare suspecto. Ideoque litigantibus fas est, si velint & causa suspicionis ipsis suppetat iudicem competentem & habilem ut suspectum recusare, non modo delegatum, cui à Principe aut alio ordinariam jurisdictionem habente, mandata est iurisdictio *l. 16. verb. licet ex Imp. numin. C. de iudic.* Sed etiam ordinarium, quod non solum de Jure Can. per text. express. *in c. suspicionis X. de off. & potest. iud. deleg. c. 4. c. 10. in fin. X. de foro compet.* Sed & in foro Casareo observari attestatur Zang. *de Exc. p. 2. c. 4. n. 8.* Schultz. *p. 1. Prot. iud. c. 4. n. 56.* & denique de Jure Civ. Arumæus *disp. 7. lb. X. p. 101. l. 17. π. de iudic. l. 9. π. de lib. causa N. 96. c. 2. §. sancimus 1. vers. si vero* Diff. Gail. *1. obs. 33.* Sichardus *ad l. 16. n. 7. C. de iudic.* Zasius *ad d. l. 16. §. c.* Verum non sufficit quavis suspicio, sed iusta & pragnantissima, alias vix unquam non Iudex ordinarius redderetur suspectus suæque Jurisdictionis exercitio haud sine dedecore privaretur, qualis esse potest singularis affectio erga reum, ut si Iudex esset ipsius Patris filius *l. 10. π. de iurisdict. l. un. C. Ne quis in sua causa,* aut aliter sanguinis vel affinitatis vinculo junctus *c. postremo X. de Appellat.* Item si singularis & capitalis victa partis inimicus *arg. l. 9. n. de lib. caus.*

Thef. VI.

Praxin hodiernam quoad suspicionem quod concernit, non facile Iudex à iudicio formaliter rejicitur, sed duplici modo querelis partium subvenitur. Vel enim Majestas s. Iudex superior desuper imploratus per Commissarios causam tractari & decidi jubet ejus expeditionem, sic Iudici committendo suspectum Iudicem tacite removet & hoc frequentissimè usu venit: Vel saltem suspecto Iudici alius adjungitur, quo ipse tanquam freno in terminis juris ac justitiæ retinetur Tessauro. *D. 255. n. 7.* Carpzov. *Dec. 221.* Quem modum probat luculenter Justinianus Imper. *in Nov. 86. cap. 2.* ex qua desumta *Auth. si verò C. de iudic.* Unde colligunt DD. quod si velint litigantes alium adire iudicem, liberum hoc ipsis censeatur relictum Schultz. *c. l. Rosbach. in proc. iudic, Tit. 4. n. 63.*

Thef. VII.

Thes. VII.

Pari modo (3) suspectum facit iudicem si in iudicio aliqua in causa fuerit Advocatus *l. quisquis C. de postulando*. Improbis enim nota non caret, ejus causam iudicem esse, aut deliberanti adfiedere, quæ ante à te suscepta & defensa, quia non præsumitur, adversus ea te quicumque dicturum, quibus infirmitatis pudor, laus perstringitur aut lacessatur fama. Unde id ipsum sub pœna prohibuit Imp. *l. fin. C. de Assessor*. Putat quidem Antoninus Diana, uti habetur in ejus summa sub *Tit. lex n. 19*. Advocatum posse esse iudicem pro foro conscientiam in causa in qua Patronus fuit, dummodo iudicet secundum LL. & affectionem deponat: Et rationem horum omnium esse dicit, quia leges contrariæ fundentur in præsumptione fraudis, ratificationis, ambitionis &c. sed hæc præsumptio tam sortis est in foro externo, ut propter suspicionem, quæ inde nascitur & hinc secutum scandalum etiam in foro interno abstinere à iudicandi munere debeat, qui ante hoc ejusdem causæ fuit Patronus. Ratio Justiniani propter quam id prohibuit in *d. l. ult. C. de Assessor*. hæc est, ne affectionis suæ vel advocacionis memor incorrupti iudicis non possit nomen perferre. Ut suspectum igitur hunc recusari posse statuunt DD. Steph. Aufre. *de Recusat. n. 12*. Joh. Pelf. *in Proc. tit. 16. n. 56*. Garf. Mastrill. *Decis. 151. n. 41*. Camillus Borellus *Decis. p. 1. Tit. 65. c. 125*.

Thes. VIII.

Plurimæ sunt suspicionum causæ, quorum Maranta in Specul. *Aur. p. 2. c. 2. n. 27*. quadraginta enumerat & Lancelotus *sub tit. de Except. n. 12*. quinquaginta. Sichard. *in l. 16. C. de judic.* & alii nonaginta & tres, teste Paciano *l. 2. de probat. cap. 85*. sed tamen non sunt omnes justæ & sufficientes, hinc rectissime aliorum relinquuntur arbitrio *arg. l. 1. ff. de jure de lib. Carpz. Proc. Tit. 3. art. 4. n. 6. p. 102*. Gail. *1. obs. 33. n. 10*. Illud singulariter notandum, quod omnes causæ, quæ repellunt testem, canquam suspectum, multo magis iudicem repellant, uti tradit Rosbach.

in Proc. tit. 4. n. 61. quia facilius est alium invenire judicem quam alium testem.

Thef. IX.

Denique (4) non vulgaris causa ut judicis officium quiescere oporteat, si in sua causa propria Jus dicere velit. Ulp. in l. 10. ff. de jurisd. in verb. Qui jurisdictioni præst. Quis enim eum non suspectum pronuciare velit & sui ipsius amore corruptum si tanquam Judex in causa propria sententiam pronuciare desideret. Non dicit eum qui jurisdictioni præst sibi tantum & cognatis Jus dicere non debere, sed nec illis quidem, quos secum habet. i. e. domesticis omnibus. Circa cognatos varia est opinio inter DD. Nonnulli hanc prohibitionem extendunt ad gradum decimum uti Jason ad d. l. 10. nonnulli ad septimum. Quidam etiam in linea masculina ultra decimum & in foemina ad 4. tantum excurrunt Franc. Milan. p. 1. Decis. 15. n. 84. de aliis conjunctionibus vid. l. 5. ff. de injur. Magistratus autem eam ob causam Jus dicere domesticis prohibetur, quod nempe ex favore illorum potius, quam adversarii causam promovere velle præsumatur, ex quo fundamento etiam prohibetur testimonium domesticorum ut tradit Pet. Gregor. Synagm. lib. 48. c. 13. n. 11. Farin. de testibus qv. 55.

Thef. X.

In Codice Theodosiano paulo prolixior reperitur hæc constitutio addito scil. argumento à testimonii dictione ad sententia dictionem. Aristoteles hoc argumentum ductum esse dicit à majori ad minus; Quintilianus vero à minori ad majus. Notandum autem (1) quoad hoc, ut partes in libello recusatorio recusationis causam exprimant per l. 16. C. de judic. ibi libello recusationis porrecto c. secund. requirit §. r. X. de Appellat. ibi suspitionis causam allegare tenetur C. judex ab Apost. de Offic. delegat. in 6. Arumæus. Diss. 7. th. 13. p. 103. (2) Non temerè hoc dicant, sed ut probent Struv. Ex. 9. th. 11. id si non fiat actione injuriarum conveniri possint. Joh. Baptist. Bajard. ad jur. Clar. §. injuria n. 27. Quandoque etiam mulctam eo nomine pati debent

bent Ant. Fab. in *Cod. lib. 3. tit. 1. def. 34.* Sin hoc sufficienter probatum talis resultat effectus, ut Judex recusatus ad ulterio-
ra progredi nequeat & ne quidem super recusatone atque ejus
causis, Zæf. in *Com. Cod. tit. de jud. quest. 8.* perinde uti super
jurisdictione cognoscere & judicare valeat, secus se res habet si
allegata causa sit falsa. Capoll. Tholof. *Decif. 879.*

Thef. XI.

Ampliatur, quod etiam talis recusatio locum inveniat,
quando per mortem vinculum affinitatis sit solum, sed neg-
gat hoc Sebastianus Medices in *tr. Mors omnia solvit. p. 2. Con-
clus. 6. n. 22.* ut & Franciscus Milanensis *lib. 1. Decif. 15. n. 14. seqq.*
& quidem ex ea ratione, quia per mortem & affi-
nitas & cum ea amor atque dilectio desinunt. Ast ratio ista
non est $\kappa\eta$ παντός, sæpissimè enim post mortem dilectio du-
rare solet & imo debet. Ergo optimè facit Judex si in tali
casu abstineat, ne in suspecti incidat notam. Ampliatur
porro, ut non Judex esse queat etiam si *pars altera consentiat*
Garf. Mastrill. *Decif. 151. n. 9. seqq.* Plures qui desiderat amplia-
tiones adeat Jason in *l. 10. π. de jurisdic. Augustin. Barbof. ad
l. un. C. Ne quis in sua causa Bartol. Socin. reg. 150. Pet. Gilken.
ad d. l. un. C. Limitationes autem tradit Magnif. Dn. Struv. in
Syntagm. J. C. Ex. 6. th. 1. p. 142.*

Thef. XII.

Denique (5) ratione Asfidentium v. c. si totum Collegium su-
spectum vel ultra majorem partem, vel unus magna authorita-
tis, cui non facile reliqui contradicere conantur, & propterea
recusari possunt, secus si tantum unus vel pauciores Nic. Boec.
D. 269. Zanger. *d. c. 4. n. 17.* Si deest AEquarius der *Gerichtes-
Schreiber*/persona enim ejus adeò necessaria in judicio, ut ob
defectum illius vitium nullitatis incurrant & jure haud subsistat
Ord. Cam. *p. 1. tit. 59.* Ord. Crim. Carol. *V. tit. 1.* Ord. P. I. Elect.
S. *Tit. 2.* Ord. C. P. Jen. *cap. 7.* Qualia autem requisita ad AEqua-
rium requirantur tradit Carpozov. in *Proc. Tit. 2. art. 4. p. 74. &
seqq.* quod nempe omnia propria scribat manu, ut sint Nota-

fit, ut juramentum in praesentia subditorum praestent, quoniam saepe sunt fratres ignorantiae & nimium affectibus suis indulgent, ubi conquestus est Amat *Decis.* 29. & 30. vid. Ord. P. I. *Tir.* circa fin. doch wollen wir verb. bey Ansetzung Ihrer Bestallung.

Thef. XIII.

Sequitur jam alterum membrum iudicii extraordinarii & quatenus eorum cessat officium. Sunt autem iudices extraordinarii hi tantum, coram quibus agitantur Causae, veluti Commissarii, Arbitri, Compromissarii, Arbitratores, Notarii, Collegiorum Magistri, &c. quorum definitionem tradit Schulz. in *Proc. Jud. p. 1. cap. 4. n. 35.* Quiescit officium Commissarii (1) Si excedat formam & tenorem suae commissionis & ab eis ad delegantem appelletur Berlich. *p. 1. Decis.* 133. Commissiones enim sunt stricti juris, adeoque tenor ejus praecise observandus & de rebus & causis in commissione non expressis nequaquam illis licet judicare *C. 22. X. de Rescript. l. quicquid. π. de V. O.* Quare si Commissarius non sequatur tenorem suae Commissionis & longius progrediatur, impunè ei resisti potest, quia extra commissum negotium nullam penitus habet jurisdictionem, sed priyatus reputatur *c. cum olim de off. & pot. deleg. ibique Panorm. n. 3. DD. in l. fin. π. de jurisdict.* Fallit autem hoc in accessoriis & connexis *cap. prudentiam §. Sexta nobis & §. seq. X. de offic. delegat.* Gail, 1. *obs.* 37. n. 8.

Thef. XIV.

Extraordinarii iudices sunt Arbitri Compromissarii, Germanicè dicuntur willkührliche Schiedes Richter, qui habet jurisdictionem conventionalem jure tamen probatam, unde nominantur iudices compromissarii *l. 41. π. de rec. qui arbit. l. 4. π. de tutor. & curat.* Et quamvis omnibus in causis constitui possint *l. de rebus 43. π. de Recept. qui arbit.* Quiescit tamen ejus laudum in Criminalibus, de quibus publicum iudicium est constitutum *l. 32. §. 6. & seqq. π. de Recept. l. 7. C. de Episcop. Aud. Gail, 2. de PP. cap. 11. n. 24.* Nec non in causis alimentorum

rum

rum, matrimoniorum, restitutionis in integrum aliisque relatis à Menoch. *in P. I. p. 2. tit. de arbit. cap. 3. n. 3.* Est hic observatu dignum, quod si ex pluribus arbitris quidam aliis absentibus pronunciaverint, horum sententia non valeat *l. 39. π. de R. Jud.* Ratio hæc est, si absentes adfuissent, forsitan rationes non exiguas afferre & ita in sententiam suam eos trahere potuissent *l. 17. §. ult. π. d. R. Arbit. Carpz. i. c. 1. def. 14.*

Thes. XV.

Ultimò judicibus extraordinariis DD. adjeiunt Collegiorum Magistros, qui aliqualem jurisdictionem in membra sua & Collegas habent. Quo etiam referri possunt Opificum Collegia, horum enim Magistri dicuntur *Zunfft=Meister* & notionem quandam habent uti tradit Carpzov. *in Proc. tit. II. art. §. 7. p. 78.* Horum autem potestas tantum restricta est ad illorum Collegiatos *Zunfft=Genossen* / Carpz. *i. Resp. 48. n. 4.* Statuta enim eorum nihil aliud sunt quam conventiones Collegiorum, quæ aliis præjudicare nequeunt & in causis tantummodo & negotiis collegium concernentibus exerceri debent, in aliis autem, quamvis collegas concernant v. c. tutelarum, hereditatum, dotium, delictorum enormium potestas eorum planè quiescat Carpzov. *cod. Respons. n. 9. Schneidew. §. jus autem Civ. n. 15. Inst. de J. N. & G. vid. Dissert. B. Dn. Schroteri De Colleg. Opificum. Sect. V. per tot.*

Thes. XVI.

Hæc sunt de Conquiescentia ratione judicis ordinarii, extraordinarii & Assidentium; nonnulla autem adhuc proferenda veniunt quoad personas s. subditos. Est autem quis subiectus judici & forum sortitur, si ibi habitet vel domicilium constituat in territorio suo, hinc judici extra territorium & forum Jus dicenti impunè non paretur *l. ult. π. de jurisdic.* Et incompetentis judicis exceptio ei opponi potest. Ex quibus autem modis constitutio domicilii judicanda sit larè tradit Zang. *de Except. p. 2. c. 1. Carpz. in Proc. Tit. III. art. 1. p. 79. n. 12.* (2) forum quis sortitur & sit obnoxius alienæ jurisdictioni ex con-

contractu vel destinata solutione, quamvis domicilium ibi non habeat, modo praesens sit Zanger. *de Exc. cap. 1. n. 44.* Carpzov. *in Proc. tit. 3. art. 2. §. 1. p. 84.* Quiescit talis iudicis potestas, si confestim iterum recessurus sit. Zanger. *d. l. n. 119. §. 125.* Gail. 2. *obs. 36. n. 14.* & locum contractus saltem transeat, vel coenet, sic enim parili gaudet privilegio, quo aliis advenis confestim profecturis est prospectum *l. 19. §. 2. vers. num quid. π. de iudiciis* (3) Competens acquiritur forum ratione continentiae & connexitatis causa, de qua vid. Dn. Schröteri *Diff. de jud. compet. rat. continent.* quae triplex vel personarum, rerum & denique actionis *Dec. Vol. 2. Respons. 47.* Personas quod concernit, si plures existant Rei in diversis territoriis degentes ex connexitate causa coram omnium superiore sunt conveniendi, quiescente interim aliorum iudicum officio Carpz. *diff. Tit. art. 5. §. 5. pag. 108.*

Thes. XVII.

Singulari fruuntur, quoad forum privilegio à jure concessio, vidua, pupilli & aliae miserabiles personae, aded ut irrequiescitur inferiori iudice statim, si quinquam convenire velint, superiori adire & coram eo suas causas tractare possint *l. un. C. Quando Imperat. inter pupillum* Carpzov. 2. *Respons. 19.* Gail. 1. *obs. 1. n. 40.* Marant. *p. 4. dist. 9. n. 77. seqq.* & hoc in tantum veritati consonum, ut sententia per ordinarium iudicem secuta reddatur ipso jure nulla Vinc. Fransch. *Decis. 194.* subdens, quod acta facta per iudicem declinatum fuerint nulla declarata, manus enim iudicis ordinarii dicuntur ligatae & proinde quicquid agit nulliter agit. Maur. Burg. *de Laudem. par. 3. Inspe. 4. n. 21.* & facit secundum *Gloss. & Bart.* in dicta *l. un.* quod declinare iudicem ordinarium idem sit, ac recusare, attamen communis est conclusio, quod iudex proposita recusatione dicatur ligatus & sententia per eam lata sit ipso jure nulla. Lancellott. *in tit. de Attentat. recusat. penden. per tot. Bursat. Conf. 21. n. 21. seqq.* Si econtra ab aliis conveniantur ejusmodi personae miserabiles ut plurimum haec auditur cantilena, wo nichts ist hat Der Käyser das

Das Recht verlohren/quod confirmatur per l. 6. π. de dolo ma-
lo, ubi, quod propter inopiam adversarii actio fit inanis,
exemplum refert Gothofred. in not. ad l. 9. §. 5. π. locat.
(2) Simultaneè investiti ex singulari consuetudine pos-
sunt in curiis Electorum & Ducum Saxonix conve-
niri, etsi enim jus simultaneæ investituræ nec verum do-
minium, nec possessionem tribuat, attamen spem successionis
& jus firmum in feudo reale affert dominio & possessioni simile
Const. Elect. 45. p. 2. ut proinde quiescat officium judicis
ordinarii. Parili modo se habet in Curia Provincia-
li Jen. ubi in Ord. Provincial. cap. 17. expressa eorum fit men-
tio.

Thes. XVIII.

Porro quiescit officium judicis, ut in causa debiti non pos-
sint incarcerari Nobiles, Barones & alia personæ egregiæ, sed
potius fidei eorum credendum sit, ut tradit Perez. in Comm.
Cod. ad lib. 10. tit. 19. n. 21. Hinc est, quod dicitur: Nobiles non
facile esse arrestandos Hahn. in Diss. de Jure Nobil. sing. 1b. 32.
idque fit ratione dignitatis in qua sunt constituti Coler. de Proc.
Execut. p. 1. c. 6. n. 129. qui etiam p. 2. c. 3. n. 154. asserit: Comi-
tem quendam personaliter arrestatum absque omni cautione
fidejussoria relaxatum fuisse. Idem de DD. aliisque personis e-
gregiis dicendum vult Peck. tr. de jur. fiff. c. 5. n. 13. ubi Medi-
cum quendam arrestatum, absolutum & dimissum fuisse refert
Berlich. p. 1. conclus. 75. n. 16. & seqq.

Thes. XIX.

Simile privilegium de non carcerando ob causas civiles
& pecuniarias seu debita indultum à Justiniano mulieribus N. 134.
c. 9. Carpz. de Jur. fam. Decad. 9. posit. 9. Unde desumpta est Auth.
hodiè C. de cust. reorum. & hoc fit ob sexus pudorem & periculum
pudicitix Gail. 2. O. 90. n. 3. Wesenb. ad tit. π. de Cess. bonorum.
Quod DD. communiter interpretantur, ut idem dicendum sit,
licet mulier specialiter ad carcerem se obligarit Coler. de

C

P.E.

F. E. p. i. 6. num. 109. Berlich. p. 2. c. 27. num. 12. Wibel. de contract. mulier. c. 3. §. 6. num. 49. Carpz. p. 2. c. 21. d. 8. Limitatur in tutrice Gail. d. l. n. 4. Ruding. Cent. 5. obs. 54. n. 9. quod fortius de consuetudine quam de Jure Justiniano propter N. 134. cap. 9. affirmandum. Jure Saxonico si renunciarit huic beneficio, modo de hoc sufficienter edocta & simul consensu & autoritate Curatorise obligarit Carpz. cit. l. def. 9. Hac prolata D. Rhetius in Diss. de Virginitibus cap. 8. quoad causas Civiles etiam extendit ad virgines.

CAP. III.

De conquiescente judicis officio ratione causarum.

SUMMARI A.

- I. Conquiescit judicis Ecclesiastici officium in causis mixtis. Quoad stuprum quiescit officium jud. Ecclesiast. II. In petitorio, instituto possessorio. III. Ratione debiti alieni. IV. Si inducie quinquennales sint concessæ. V. In delictis. VI. In adulterio, si adultera pregnans. Prescriptione completa.*

Thes. I.

Causæ circa quas versatur judex sunt vel Ecclesiasticæ vel Civiles vel Criminales. Ecclesiasticæ aut personas Clericorum Ecclesiæ Ministrorum concernunt, vel per se sunt Spirituales & Ecclesiasticæ. Illæ nunquam trahuntur ad iudicium seculare, vid. *Ordin. Eccl. Elect. Saxon. sub Tit. von beyden Consistoriis cap. 7.* was *Sachen in das Consistorium gehöriq.* Bene autem hæ; Cum fieri solet, ut una eademque causa quandoque & secundum quid sit Ecclesiastica & alio atque alio respectu Civilis & Ecclesiastica Winzler. *de jurisd. Episc. Germ. tit. 15.* Hinc tali casu evenit, ut pro rerum qualitate partim iudicis Ec-

cle-

clesiastici, partim secularis quiescat officium. Exempli loco potest esse stuprum, quod quoad satisfactionem ut aut dotet aut ducat stupratam, tractat causam Consistorium, pœnam autem stupri quod attinet, devolvitur illa ad forum Politicum & ab eo irrogatur pœna; ut proinde quoad hanc quiescat officium eorum, neque hoc fit incongruè, quia crimen stupri non semper carcere mulctatur, sed pœna pro ratione circumstantiarum quandoque aggravatur, quò respondeat delicto vid, Carpz. in *Jurispr. Confess. Lib. 2. tit. 14. def. 231. n. 11.*

Thes. II.

Si judicium Possessorium intentatum sit & quamvis ex probationibus justa causa petitorii appareat, tamen tuto super eo non potest Judex judicare; Possessio enim cum proprietate nihil commune habet Carpzov. *lib. 2. Respons. 73. n. 20. & 11.* Proinde possessorium cum petitorio non confundendum, aut in illo super hoc pronuntiandum, sententia enim semper debet esse conformis libello *c. licet heli X. de Simonia l. ut fundus 18. x. Commun. divid.* Hinc tuto ac legaliter Judex non pronunciat super petitorio, si de possessione fuerit libellatum & longe aliud est possessionem colorare, aliud proprietatem probare Cluten. *R. Q. cap. 1. n. 173. Honded. consil. 24. n. 4.*

Thes. III.

Jure Saxon, Electoral, extra concursum Creditorum una cum sorte exfolvi debent usuræ, quantumvis Debitor multo ære alieno sit gravatus Carpz. *Jurispr. Const. Elect. 28. p. 1. def. 164. & seqq. usque ad definit. 173.* Sanctio enim Electoralis prohibitiva non extat & constitutiones statutarie strictè intelligi, nec de uno casu ad alium extendi debent, præsertim si sint correctoria & à jure communi exorbitantes. Andr. Tiraquell. *de leg. Connub. Schult. lib. 2. P. quest. 65. n. 32. & seqq.* Nec Judicis officio incumbit in reliqua inquirere credita, quod debitori damnosum periculosumque esset, Judex enim non nisi imploratus officium suum impetiri debet, Carpz. *lib. 4. tit. 6. Respons. 44. n. 10.*

Thes. IV.

Accidit sapissime, ut ad incitas redactus ob aliquod infortunium, necessum habeat à Principe ejusmodi infelix debitor diploma vel rescriptum, quo certum temporis spatium ad solvendum ipsi conceditur, obtinere, qualia diplomata appellantur *Litera induciales vel dilatoria l. fin. C. qui bon. ced. poss. Litera gratia* Johann. Baptist. *Asin. in tr. de exec. §. 6. cap. 69. & seqq.* Vulgo *Austand* & *Briefe*. Notandum autem quod non prius gaudeant beneficio dilationis, nisi idoneam si se iustionem super debiti solutione præstent *Wurmf. tit. 28. obs. 9. l. universa C. de prec. Imper. offer. Bald. ibid. in pr. quod gloss. ibid. in verb. prebeat.* intelligendum procedere eatenus si à Creditoribus si se iustio petita sit *Hering. de fidejussor. n. 135. & seqq.* Illæ id efficiunt, ut interim differatur exactio debiti, omnisque executio tam in personam, quam in bona debitoris; ut proinde medio tempore nec carceri custodiae mancipari, aut arresto detineri possint. Quod etiam ampliatur in debitis juratis præprimis, si Princeps hujus in diplomate mentionem fecerit, de qua testatur *Boer. Decis. 296. n. 5.* Et si de facto ante lapsum temporis privilegiati ad creditorum importunam instantiam in carcerem tædii detrusus fuerit, debitor statim relaxandus venit, uti & bona arrestata pignori que capta restituenda erunt, ne sub specie indulgentiæ miserabili debitori creetur molestia. Sicut etiam alias (*videatur l. 3. C. de dilat.*) ita & pendente hac dilatione nihil innovandum neque à iudice neq; ab alio, quod debitorem beneficio suo privare possit. *Anton. Faber. in suo Codice tit. 9. def. 2. Rebuff. tr. de lit. dilat. art. 1. Gloss. n. 71.* Cui relaxationi, si Creditor pertinaciter resistit, ad id quod interest & in expensas litis condemnari potest *Pet. Peckius de jure Sift. cap. 45. n. 20.* Except. hujus beneficii tradit *Nobiliss. Dn. Heubler. in Dissert. sua Inaugural. de Sing. Debit. jure tb. 10.*

Thes. V.

Hæc de civilibus sufficiant, nunc ad Crimina progre.

gredior. In hisce officium iudicis quiescit, vel quod nemo is qui accuset, vel ad specialiter inquirendum desunt indicia, vel in ipsa inquisitione jam instituta novi quid accidat, quod quandoq; evenit, quando in carcerem coniectus ægrotare incipit *Angela tr. de malef. §. quod fam. publ. præc. n. 71. Carpzov. P. C. p. 3. quest. 191. n. 21. & seqq.* Iudicis potius est ægroto aut lecum commodiorem conveto carcere eligere in quo captivus detineatur, aut eum pro ratione circumstantiarum, donec reconvalescat, in domo sua additis custodibus relinquere, quia causa capturæ, ne rei per fugam pœna se subtrahant, in ægrotis cessat, cum credibile sit, tanquam personas debiles tam facile aufugere non posse *Carpz. d. l. n. 41.* Relaxandus quoque interim æger præstita cautione de non decedendo per fidejussores *Gabr. Eugen. cons. 170. vol. 2. vid. Disp. D. Præsidio de relaxatione carceratorum cap. 6.*

Thes. VI.

Sic adultera vel alia mulier quæ deliquit non solum torture non potest subjici, sed etiam si prægnans est, gaudet dilatione supplicii *l. 7. de Stat. hom. Covarr. l. 4. Var. resolut. c. 4.* filius enim pro matre puniri non debet & pœna personam non egreditur *l. crimen vel pena 26. n. de pœn. & sic vivit alieno beneficio, quæ secundum se debeat mori, habeturque per alium, quod non potest per se ipsam vid. differ. D. Præsidio de jure prægnantium cap. 4. ib. 8. 9. seqq.* Huc quoque referri potest Præscriptio, quæ facit quiescere officium iudicis; hac enim completa contra reum non potest institui inquisitio, *Carpz. l. c. quest. 141. n. 29.* hoc autem præscribitur in Elect. Saxon XX. annorum spatio *Carpzov. in Pract. Crim. part. 3. quest. 141. n. 40. & seqq.* nec in eodem distinguitur adulterium duplicatum à reliquis criminibus, sed similiter XX. annis demum ejusdem accusationi præscribitur. Aliud est, quando simplex stuprum soluti cum soluta vel adulterium soluti cum conjugata, item conjugati cum soluta fuerit commissum. Simili modo si maritus cum uxore, quæ à marito deser-

22.

ea aut antea quoque adulterii crimine contaminata est & meretricio more vixit, sese commiscuerit. Tunc etenim factō post quinquennium demum elapsū manifestato, tam de jure civ. quam Saxonico nulla amplius vel civilis vel criminalis pœna infligenda venit *Idem l. cit. quasi. 59. per tot.* Fundamentum hujus præscriptionis ponunt in satisfactione Reipubl. quæ læsa videbatur per ejusmodi factum illicitum & contra Leges perpetratum, quod tamen vulnus iterum censetur convaluisse, tanto termino à legibus præstituto.

CAP. IV. De Conquiescente officio judicis ratione Processus.

SUMMARIÆ.

- I. Iudex non nisi imploratus officium suum impertiri debet. *Ex-
erajud. cialiter procedens pro privato habetur.*
- II. Citatio debet fieri ad partis instantiam.
- III. Quiescit officium judicis ob legitima impedimenta.
- IV. Accusatio conumaciæ debet fieri ad partis petitionem.
- V. Quiescit officium Judicis opposita exceptione Incompetentiæ. Preventionis.
- VI. Guarandam iudex injungere non valet.
- VI. Litigantibus concordiam amicabilem obrudere non debet.
- IIIX. Ea non obtenta processus partibus permittitur.
- IX. Terminus probandi peremptorius. Secus interposita appellatione. Hac interposita judicis manus ligantur.
- X. Si ad petitionem partis prærogetur. Ubi iudex expectare debet.
- XI. Modus probandi duplex. Quid circa testes observandum à judice.
- XII. Desinit officium Judicis ob proprium testimonium.
- XIII. Quando in termino Dispositio. Atestat. judicis officium suspendatur.
- XIV. Terminus ad præstandum juramentum duplex. Peremptorius prior. Secus Appellatione interposita. Qua quiescit judicis officium.
- XV. Quiescit

scit offic. jud. post sententia pronunciationem. XVII. Appellatur Jure Saxon. & Can. ab interlocut. Concessa dilatione Jud. supericris officium suspensum est. XIX. In Cam. obtinet Remedium Revisorium. An per eam suspendatur executio. XIX. Quenam effectum habet in spiritual. Spiritualia quenam intelligantur. XX. Facta avocatione conquescit officium Jud. XXI. Quenam ad Impetrat. Avocat. requirantur. XXIII. In Camera non habet locum. XXIII. Avocationi similis est remissio.

Thef. I.

Judicis officium quiescit planè non instituta aëione, vel instituta quidem & partim in negotiis sententiam antecedentibus, partim consequentibus: Prius quod concernit, Judex suum impertiri non debet officium, aëiore omnino non existente per *l. dies 4. §. §. de damn. infect.* Judex enim ad privatam utilitatem non tenetur officio suo, nisi imploratus quemquam juvare. Menoch. *de presunt. Pras. XXIII. lib. 2.* Socin. *de R. J. Reg. CCXLV.* Quod adeo verum est, ut si extrajudicialiter & de facto procedat, pro privato sit habendus *l. 13. §. 6. l. 32. n. de injuriis.* Ex quo etiam impunè ipsi ceu privato resistitur *l. prohibiitum C. de Jure Fisc. Lib. X.* Pet. à Placha *in Epit. delict. c. 28. n. 9. v. c.* si causa inaudita nec probe cognita, nec audito possessore extrajudicialiter quem sua privat possessione Carpzov. *lib. 1. Resp. II. tit. 1. Respons. 28. n. 6. ubi habet prejudicium.*

Thef. II.

Ad posterius, ea sc. quæ sententiam antecédunt quod attinet, pertinent citatio & probatio. Citationem enim principium & fundamentum judicii processus DD. fatentur eamque maximè necessariam pronunciant Gall. *2. obs. 48. n. 1. & seqq.* Magnif. D. Struv. *in S. J. C. Ex. §. 1b. 10.* Quod adeo veritati consonum, ut judicis officium quiescere necessum habeat, si de illius insinuatione non constet, vel saltem Judex de ea dubius sit; con-
tumax enim quis haud dici potest, qui citatus non fuit, est e-
nim

nim citatio fundamentum processus uti patet *ex ordinat. Processus Elect. Saxon. tit. 4. in pr.* qua deficiente processus est nullus, Gail. 1. *Observ. 48. n. 1.* Deinde requiritur communi Interpretum voto, ut citatio ad partis instantiam & petitionem impetretur, usque adeo, ut citatio à iudice proprio motu non ad petitionem partis facta, haudquaquam subsistat, nec suum operari possit effectum vid. l. 68. *π. de jud. l. ult. C. de bon. aut. jud. possid. Socin. in tr. de citat. art. 6. n. 3. Bernh. Grav. lib. 1. Concl. 50. Magnif. D. Bechmanni Diss. de in Jus vocando th. 9. Andr. Gail. lib. 1. observ. 50. n. 4. Coler. de Proc. Exec. p. 1. c. 2. n. 31.*

Thes. III.

Quamvis citatio bene in fine & in se perfecta sit, tempore autem citationis ob legitimum impedimentum comparere si quis non potuit v. g. ob infirmitatem & de ea in tempore iudex certioratus fuit, tunc ob huiusmodi legitimum impedimentum suspenditur iudicis potestas, & iudicium in tempus bonæ valetudinis diffunditur, & si interea iudex processerit erit processus exinde ipso iure nullus l. 60. *π. de re judic.* & hoc etiam procedit quoad alia legitima impedimenta, nempe si quis in vinculis seu carcere vel sub quavis alia custodia s. cautione, puta de se representando alibi detinetur, & de hoc fuerit certificatus iudex si ex potestate ipse in causa processerit, invalidum erit iudicium, videlicet si causa est talis, quæ non poterat nec debebat per procuratorem tractari, talibus namque taliter impeditis succurri & iudicis potestas suspensa esse debet l. 9. *ex quibus caus. major.* & sententiam contra carceratum esse nullam defendit Bartol. in l. 2. *S. f. ver. circa hoc quæro π. Custod. Reorum.*

Thes. IV.

Porro legitima impedimenta quod concernit, quaritur si reus in sequenti termino denuò contumax existat, nec compareat & in termino legitima sua impedimenta deducat, an iudex eum ob contumaciam condemnare possit, priusquam actor contumaciam eius accusaverit & in amissionem causæ condemna-

re petierit? Resp. N. quia omiffa accusatione contumaciae Judex non potest condemnare reum in executionem, & officium suum impertire non debet, nisi imploratus Schult. in *addit. ad Math. Coler. p. 1. Decif. 104. n. 28.* vid. Ordin. Proc. Judic. Elect. Sax. tit. 10. §. 3. in fall. verf. Soll Er alsdenn. Et regulariter nemo pro contumace habetur, nisi ejus contumacia accusetur & desuper sententia interlocutoria feratur l. 68. π. de judic. l. properandum 13. §. 1. C. eod. Ant. Testaur. Decif. 19. Carpz. lib. 3. Respons. 28. num. 6. Simili modo etiam se res habet, si reus actoris contumaciam non accusaverit Carpz. in *Proc. t. IIX. art. 1. §. 4. & 5.*

Thes. V.

Remotâ contumaciâ nil restat, quam ut progressum faciamus ad Exceptiones. Sunt autem illae vel dilatoria, vel peremptoria. Dilatorias omnes Reus primo in termino opponere debet, Carpz. in *Proc. Tit. IX. art. 1. n. 24.* Qualis etiam est exceptio fori declinatoria; Nam coram incompetente iudice nihil validè peragitur & coram eo agere idem est, ac coram homine privato agere, quia potestatem Jus dicendi non habet, & ita hujusmodi iudicis officium quiescere oportet l. 3. π. de offic. Praesid. l. ult. π. de Offic. Praef. urb. Zang. p. 2. cap. 1. n. 36. Ejusmodi usum etiam habet exceptio praeventiois, quae opposita coram alio iudice competente, efficit ut iudicium alterius iudicis quiescere debeat. l. 7. l. 30. π. de judic. l. 5. C. qui accusare non possunt. Gail. lib. 1. obs. 19. n. 5. Haec exceptio etiam, si commissio fuerit impetrata & à Commissariis citatio emissa, opponi potest in iudicio ordinario, si nimirum tentatur à Commissariis amicabilis compositio inter partes, vel Processus ventilatio Commissariis mandata, tunc enim iudicium ordinarium suspenditur cap. dilecta 21. verb. propter quod processum Sc. X. de Rescript. & è contrario haec exceptio juvabit litigantes in Processu ordinario ad declinandam commissionem l. 2. §. 10. & 16. π. ne quid in loco publ. Ant. Fab. in *Cod. lib. 6. tit. 5. def. 2. n. 21.* nam Processus semel ceptus contra voluntatem litigantium turbari non debet.

D

Id

Id neque Princeps ordinario jam instituto processu ac pendente peragere potest Zaf. *ad l. Princeps* 31. *π. de LL.* Pruckmann, *de Regal. cap. 4. effect. 5.* Math. Wesenb. p. 3. *Consl.* 121. n. 22. Secus si res habet, si nempe ratio aliqua prægnans, cui subest commodum aliud publicum exposcat Carpz. *in Proc. Tit. IX. art. 3. n. 95.*

Thef. VI.

Denique etiam Jure Sax. in modum exceptionis dilatoria obijciatur exceptio gvarandæ; actor enim eam præstare non tenetur, si reus eam non petierit, nec eam Judex actori ex officio injungere valet. Schult. *obs.* 15. Moller. *ad Conslit. Elect. 4. n. 3. p. 1.* Carpz. *l. c. 4. def. 3. n. 3.* Berlich. *l. concl. 19. n. 14.* Judex enim exceptionis rationem nullam habet, si non allegetur, nec eam ex officio attendere aut supplere regulariter tenetur, licet ea sit notoria *l. n. C. de Appellat.* Ludw. *Ex. 13. rb. 3. Lit. A.* cum notorium non relever ab onere proponendi Zang. *de except. 3. c. 27. n. 8.* Ludw. *d. l.* Prædicta omnia vera sunt hodie quoad hæc Provincias; Jure autem *Elect. Sax. noviss.* quoad gvarandæ præstationem in der Ehur = Fürstl. Sächs. Landes = Erlebigung. tit. von Justizien = Sachen §. wiewohl auch zum 17. aliter provisum scil. ut brevitati litium succurratur.

Thef. VII.

Sepositis except. deveniendum est ad Litis Contestationem ipsam, in cujus termino etiam judici incumbit inter litigantes ante omnia concordiam & amicabilem compositionem svadere, non autem esse cogere, præsertim si Actoris jus adeo validum, ut ex inde jure suo quæsito enormiter lædatur. Quod ipsum innuit Serenisissimus *Elect. Sax. in Ord. Proc. judic. tit. 1. §. besonders aber in fine ibi:* Jedoch mit der Bescheidenheit etc. Nam in actu concordie tentate non alie sunt partes judicis, quam arbitratoris; Hinc concordia ab eo svaderi, non imperari potest. Meroc. *de arbit. jud. qu. lib. 2. cent. 5. cas. 242. n. 8.* Idcirco ridicula & insana sententia, sic ubi Judex litigantibus, ut concordiam in eant, injungere velit. Ampliatur, ut transactio à judice in quacunque judicii parte tentari debeat. Quo faciunt verba ex *Recessu Imper. de Anno*

1654. §. Zweytens soll der Richter cessat autem hoc, postquam sententia in rem iudicatam transit l. 32. C. de transact.

Thef. II X.

Cæterum si amicabile compositio svasu iudicis locum obtinuit, lis erit sopita & Judex ulterius progredi in processu non valet, si non, tenetur Judex eis in iudicio ut agantmittere l. 3 §. 1. a. meisl. d. i. c. m. §. flari π. de recept. arbit. Bald. in l. 7. C. de sentent. Ord. Proc. jud. alleg. tit. 1. §. besonders aber in fine. Jedoch id. nicht versagen/niemand recht und rechtslos gelassen werde. Tunc Reus ad libellum vel actionem intentatam actoris respondere debet, quæ responsio vocatur Litis Contestatio, quam Judex procurare ac maturare debet. Videat tamen ne nimium properando ipsemet remoram injiciat præfigendo forsan terminum in feriis, quibus citati comparere obstructi haud sunt; imò interim iudicis officium quiescere debet Zang. de except. p. 7. ubi hanc materiam plenissime pertractat, add. Vantius jr. de Nullitate sent. Tit. ex def. juris d. ordin. n. 130.

Thef. IX.

Fit autem Litis Contestatio in praxi hodierna, à Reo vel affirmativè vel negativè. Affirmativè, si reus respondit, mox sententia definitiva speranda; Sin autem Reus, prout plurimum fieri solet, negativè respondeat, tunc affirmanti injungenda erit probatio, reservata reo reprobatione. Actori autem regulariter injungitur onus probandi, quo tempore autem hæc absolvi debeat jure Sax. El. videre est in Const. Elect. 16. p. 1. pr. & talis terminus est peremptorius Coler. de Processu Exec. l. c. 2. n. 33. hoc tamen non locum habet, si interposita sit Leuteratio vel Appellatio contra sententiam, qua probatio fuit injuncta, tunc terminus probandi non currit ante decidendum post sententiam Appellationis vel Leuterationis publicatam & interea manus inferioris iudicis sunt ligata, nec pendente appellatione in iudicio inferiori quid fieri debet C. adhuc X. de Appellat. Gail. lib. 1. obs. 131. n. 4. Ampliatur & hoc, quod in casu appellationis vel Leuterationis deserta terminus probandi non currat. Ordin. Proc. judic. tit. 20. in pr. verb. vder dera

selbe für desert erkant & hoc fit propter maximum probationis favorem.

Thef. X.

Denique terminus probatorius non adeo est exclusivus, ut iusta ex causa ad petitionem partium prorogari non possit & interea iudicis officium quiescere debeat, ut testatur Churf. S. G. D. c. 20. §. wir lassen / aber auch & C. Zobel. p. 1. differ. 36. n. 6. 9. Colerus part. 1. Decif. 121. n. 5. Moller. ad Const. Sax. p. 1. c. 16. n. 5. 6. 7. & seqq. Hinc dilatione pendente in præjudicium obtinentis dilationem, iudicis sententia non valet. Conquiescit enim hujusmodi prorogatione concessa officium iudicis & iurisdictio ejus in suspenso est l. 3. C. de dilat. l. 1. §. 2. in verb. nullius ff. de feriis Socin. R. 93. Vantius de Nullif. sent. ex def. jurisd. p. 262. n. 157. ibique exceptiones. Imo si necessitas postulat, terminus probatorius in foro Saxon. duplicari, triplicari & quadruplicari potest, addito tamen hoc temperamento, ut cum exactissima causæ cognitione tertia & quarta concedatur dilatio, nunquam autem sine prævio juramento Churfürstl. S. Præc. Ord. d. 1. ibi daß der Richter nach befindung Ihme dieselbe ein- und außerhebllichen Ursachen zum andern mahl weiter aber nicht als cum causæ cognitione & solennitate legali prorogiren möge.

Thef. XI.

Hæc de Dilatione sufficiant; progredimur nunc ratione instituti ad modum probandi, qui duplex est, per testes scil. & instrumenta. Testes quod concernit, videat iudex, ne ex aliena iurisditione testes citet, extra territorium enim ius dicenti impunè non paretur l. ult. P. C. de Jurisditt. omn. judic. Rauchb. part. 1. quest. 13. n. 1. & seqq. Fallit hoc, si Magistratus superior Vasalli sui vel iudicis inferioris subditos ad testimonium dicendum citare velit, tunc planè irrequisito iudice inferiore id tuto facere potest Carpzov. in Proc. tit. 7. art. 3. n. 22. Porro necesse est, ut Iudex examinet mediante Juramento, cujus præstatio fieri debet parte adversa præsentè, quia Jus partis in jurata testi-

um

um ab adversario productorum depositione versatur, hoc si inter-
mittatur planè non valet & labor iudicis erit frustraneus Carpz. in
Proc. t. 13. n. 63. art. 4.

VIX JUD
Thef. XII.

Ratione Testimonii officium quoque iudicis conquiescit, si
in aliqua causa ipse testis sit & quidem ex regula generali, qua
iudicem ob respectum duplicis officii, testis nempe & iudicis repel-
lit *l. quisquis 6. C. de postul. c. 1. c. 4. q. 4.* Joseph. Mascard. *de probat.*
lib. 2. Concl. 951. Farin. *de test. q. 60. n. 89.* Carpzov. *Proc. t. 13.*
art. 5. n. 62. sed aliter hoc intelligi non potest, quam si de iu-
dicis cognitione & decreto iustificando in causa controversa
coram ipso ventilata agatur, ex quo laudem mereri vel dede-
cus vel vituperium incurrere queat, ut recte explicat Menoch.
de A. I. Q. lib. 1. q. 73. n. 3. Joseph. Mascard. *de probat. lib. 1. concl.*
124. n. 40. secus si contra. In foro Sax. Judex quandoque ad
ferendum testimonium cogi potest, quod luculenter probat *art.*
22. lib. 2. Land=N. ubi Gloss. n. 4. Weichbild *art. 11. § 17.* Matth.
Coler. *de Proc. Execur. p. 2. D. 24. n. 3.* Eadem ratio est Com-
misariorum Carpz. in *Proc. tit. 13. art. 5. n. 67.*

Thef. XIII.

Probatione peracta nil restare videtur, quam ut Judex
informetur ac desuper sententiam ferat definitivam. Pri-
usquam autem hoc procedit, concessum est partibus, ut su-
per probationibus utrinque deductis iura sua ulterius deducant,
attestata examinent, & alter alterius iura refutet ad meliorem
iudicis informationem, quod intra terminum Saxonicum fieri
debet Carpzov. in *Proc. tit. 15. art. 2. §. 6.* Qui terminus est
peremptorius. Secus si partes ex conventionione hunc terminum pro-
rogarint *Ord. P. I. dist. 1. 29. in pr. verb.* Da sich die Partheyen
beiderseits nicht eines andern Termins willkührlich verglichen.
Versatur enim in hoc interesse litigantium & ambo iuribus suis
renunciare possunt, intra quod spatium officium iudicis suspen-
sum est, modo non nimis longe hoc extenderint. Similiter
etiam quiescere debet iudicis potestas, si iustis ex causis ulterio-
rem

rem impetrarint dilationem, quæ ipsis ultrâ quattam haud deneganda Carpz. *cit. loc. n. 38.*

Thes. XIV.

His succedit juramenti præstatio; circâ quam per sententiâ jussum jurare de termino, ut juramentum in eo præstet, sollicitus esse debet, ne præterlapso eo jusjurandum pro deserto habeatur. Est verò terminus hic duplex. Unus ad se offerendum & partem adversam ad id citari faciendum: Alter ad jurandum. De priori constat ex *Const. Sax. 12. p. 1. in pr.* ubi jussum per sententiam jurare intra octo dies ad præstationem juramenti se offerat. Hoc ostiduum si reus non observet, pro deserto habetur *T. 18. O. P. I.* Secus si pars adversa siluerit, versatur enim in hoc litigantium interesse. Currit autem à tempore lapsi decendii, postquam scilicet sententia per quam jussum jurare vires rei judicata est consecuta; fallit, si interposita sit Appellatio contra sententiam illam, tunc hoc ostiduum nequaquam currit & interea judicis inferioris officium suspensum est, antequam super Appellationis vel Leuterationis meritis vel etiam super hujus desertione fuerit pronunciatum *O. P. I. t. 18. §. wenn nun also vers. und solche Forme auch gehalten worden. Et tit. 20. vers. oder dieselbe vor desert erkant.* Sic etiam se res habet in repudiata appellatione, ut tempus ostidui currat à tempore illo, quo Appellatio vel Leuteratio sit repudiata, ac ad jurantis pervenerit notitiam *O. P. I. tit. 20. pr. vers. und die Renunciation.*

Thes. XV.

Nonnihil etiam de sententia ipsa dicendum erit. Quiescit officium judicis post sententia pronunciationem, neque retrahere neque rescindere eam potest *Tit. Cod. sent. rescind. non posse* & ita causa & judicis officium pronunciatione sententia finitur; si condemnatio vel absolutio sit facta super re principali *Gl. & Bart. in l. actorum & in l. postquam Judex de re jud. Alex. Conf. 118. incipit omnis col. 2. n. 12. lib. 3. Jas. in l. errore n. 2. C. de testib. Lancell. de offic. Præf. p. 314. n. 10.* ibique limitationes tradit, quando Judex revocare possit definitivam. Nam
in.

31.

interlocutionis mutatio facilius est & iudicis in eam potestas maior l. 14. π. de re jud. Zas. ad b. l. n. 3. Gothfredi in not. ad banq. l. ibique limitationes.

Thef. XVI.

Progredimur nunc ad remedium, quod sententiam sequitur, nempe Appellationem, quae gignit effectum non solum suspensivum l. 6. §. si quid. 1. C. de appellat. quo error, iniquitas & imperitia iudicis corrigatur l. 1. π. de Appellat. sed & effectum devolutivum & causam iudicis alterius, superioris nimirum cognitioni ac decisioni committit c. 59. in fin. X. de appellat. Qua pendente à iudice, à quo nihil debet innovari, ne appellanti in iure suo melius adhuc deducendo ac supplendo ullatenus praedudicetur DD. in Tit. C. ut lit. pend. & l. 1. in pr. §. π. Nihil innovari appell. interposita. Unde vulgò dicitur: iudicem appellationis succedere in locum iudicis à quo arg. l. 20. π. de jud. Sin autem de facto processerit & pendente appellatione in causa aliquid attentaverit, oppido & in continenti revocari debet, nec ulterius in appellatione procedendum, priusquam illud fuerit purgatum sive revocatum. Mynsing. c. 1. O. 26. & c. 3. obs. 33. & 34. Gail. 1. obs. 44. n. 22. obs. 146. n. 1. etiam si non constat de iure petentis. Matth. de Afflict. decis. 68. n. ult. Imò talem iudicem ex spolio ad restitutionem teneri tradit Boër. decis. 238. n. 4. Carpz. in Proc. tit. 28. art. 6. p. 654.

Thef. XVII.

Hec autem suspensio iure Saxonico fieri potest non solum à sententia definitiva, sed etiam interlocutoria, nec non à decreto, quin & à gravamine quovis appellari indubitatum est Zobel. p. 1. diff. 41. n. 9. Coler. p. 2. d. 2. 269. n. 2. Secus iure Comm. ubi regulariter saltem à sententia definitiva recipiatur appellatio l. 2. C. de episc. aud. l. 2. π. de Appellat. recip. l. non. De iure autem Canonico à quocunque gravamine & quavis sententia etiam interlocutoria appellatio potest cap. 12. c. 47. c. 60. X. de appellat. Et hoc ius

secuti Saxones. Coler. *cit. loc.* Wefenb. *in parat. ff. de appellat. num. 9.* Accidit interdum, ut iudicis superioris officium circa justificationem Appellationis quiescat, si scilicet appellans dilationem petierit causamque allegarit, quam iudex superior facile concedere solet, usque adeo ut non raro secundam & tertiam appellans impetret, licet sapius ad refusionem expensarum condemnatur, inprimis enim pronus esse debet iudex ad concedendam dilationem, si scilicet de causa agatur ejus, qui facile potest impetrare restitutionem in integrum, iudicis enim officio incumbit litem modo quocunque abbreviare *l. properandum 13. C. de jud. l. 10. C. de transact.* Carpz. *Proc. Tit. 18. art. 5. n. 36. p. 648.*

Thes. XIIX.

Quoniam a sententia Camerae imperialis non appellatur loco horum remedium revisorium est introductum. Est enim hujus remedii effectus semper devolutivus, pro qualitate tamen causarum quandoque etiam suspensivus. Hinc Q. An per revisionem suspendatur executio? De hac quaestione maxima inter DD. fuit controversia. Negantium partes sustinet Menoch. *Cons. 992. in fin.* ubi alios in hanc sententiam adduxit Robert. Lancell. *tr. de attent. p. 2. c. 19. num. 16. 17.* & in hanc negantium opinionem extant quinque illa olim in causa illustri Nürnberg contra Brandenburg conscripta consilia Francofurti Anno 1589. excusa. Affirmativam Gallium defendisse reperio, & quanquam impar hodiè opinio tot DD. autoritatis argumentorum quoque pondere levior videbatur, in Imperio tamen per *Rec. deput. Anno 1600.* plenum robur accepit §. als auch Streit vorgefallen ibi: So ordnen und wollen wir doch daß pendente revisione mit der Execution nicht zuverfahren. Sed hodiè per *Rec. noviss. de Anno 1654. §. 124.* effectus suspensivus rursus sublatus est & solus devolutivus huic remedio relictus in verb. dict. §. ordnen und wollen auch daß gleichwohl der effectus suspensivus bey den gesuchten Revisionibus wieder die Cammer & Gerichtl. Urtheile
ins

ins künftige aufgehelt und allein devolutivus statt finden solte
 te ꝛc. Quæ verba de futuris revisionibus intelligenda sunt, in
 iis enim quæ ante hunc Revers. petita sunt effectus suspensivus
 manet Dn. Gerhard. *in tr. de Jud. Imp. Aul. cap. 6. p. 69. n. 9.*

Thef. XIX.

Causa Spirituales & religionem concernentes excipiuntur,
 in quibus hoc remedium tam devolutivum quam suspensivum
 effectum adhuc obtinet *dist. 9. in verb.* Wie denn auch in denen
 Revisionibus, welche in Geisil. oder Religion-Sachen gesucht
 werden möchten/der effectus suspensivus noch so lange zu lassen
 biß auf bevorstehenden prorogirten Reichs-Tag ꝛc. Itaque ef-
 fectus hujus remedii quidam communis est, quidam proprius:
 Causa autem spirituales & religionem concernentes hoc lo-
 co intelliguntur, quando quæstio aliqua spiritualis incidit
 de re, cujus etiam Camera communionem habet, hoc enim
 casu de quæstione illa spirituali mixta Judex secularis rectè
 cognoscit, prout multis confirmat Farinac. *in Crim. q. 8. num.*
124. Uti extra dubium est, si de bonis sive juribus re-
 rum Ecclesiasticarum controversa sit in possessorio, cognitionem
 super possessione pertinere ad judicem secularem & finito pos-
 sessorio causam in petitorio cognoscendam remitti ad Ecclesia-
 sticum Myns. *2. obs. 66. Gail. 1. obs. 37. num. 5. & obs. 38. n. 3.*
 Sic quoque Clerici ob dominium vel territorium & rem quam-
 cunque quam ab Imperatore & Imperio tanquam feudum re-
 cognoscunt, actionibus possessoriis aut realibus conventi rectè
 in Camera forum fortiuntur Gail. *d. obs. 37. 37. & de pignor.*
obs. 7. n. 3.

Thef. XX.

Denique hic se offert *avocatio causarum*, qua Magistra-
 tus à judice inferiore causas inchoatas certam ob causam avo-
 cat & coram se tractare, ac continuare jubet, facili enim nego-
 tio Princeps in suo territorio causam ab inferiore à se ordina-
 to vel delegato avocare valet, modo fiat, quod avocetur in
 eo statu, in quo est apud inferiorem. Nic. Reufnerus *Consil. 6.*
n. 29.

n. 29. lib. 2. Carpzov. 2. *Respons.* 20. Facta autem avocatione inferior Judex ab ulteriori processu cognitione ablineat necesse est, non aliter, ac si ipsi esset inhibitorium. Lancelotti. *de Auent. p. 2. cap. 10. num. 1.* modo literæ avocationis judici inferiori sint insinuata. Quamvis hoc veritati non ab simile, tamen in territorii statu Imperii ratione inferiorum judicum, qui ab eis ordinariam jurisdictionem tenent, avocationi causarum regulariter locus non est, quia non ut olim de jure Romano l. *judicium* 58. *π. de judic. l. 6. §. 1. π. de Offic. Procons.* ex nutu Superiorum jurisdictionem administrant, sed jure suo ex contractu investitura vel prescriptione illam possident inque subditos suos exercent, ut exinde citra appellationem ordinaria illorum jurisdictione turbari haud debeat Zang. *de Exc. p. 2. cap. 1. n. 419. Gail. lib. 1. obs. 44. n. 5. Berlich, 1. dec. 60. n. 9. 10.* At si causa avocationis rationabilis & sufficiens videtur v. c. judicis suspecti, litis protractæ, justitiæ denegatæ &c. tantum abest, ut avocationi jure superioritatis locus quoque sit concedendus, & hoc procedit etiam si judici inferiori ordinaria concessa sit jurisdictione, cum potius interfit Reip. & Litigantibus causas avocare Bernhard. *Græv. lib. 1. concl. 41. n. 9.* Nec hoc fit sine ratione. Communissima enim est via, ut inferiore judice complementum justitiæ non exhibente ad superiorem causæ devolvantur c. 10. *in pr. cap. 11. X. de foro Compet. Stephan. de jurisdic. lib. 2. p. 1. cap. 7. n. 2. n. 149.* Quod facit *Ord. Cur. Lips. sub Rubr. Wer vor das Ober-Hof-Gericht mag geladen werden vers.* Es wäre denn/dass von Ihme Nichts gewegert oder die Kläger unziemlich verzogen werden. Et in verb. final. dass Ihme durch den Amtmann oder Richter und denen derselbige den Er vorhaben zulassen gemeinet/ gefessen/Nichtes gewegert oder gebühlich verzogen vid. *in Ord. App. de Anno 1605.* quæ generalius loquitur.

Thes. XXI.

Inter alia autem ut locus sit avocationi necessariò desideratur, ut vel causa avocationis sit legitime probata, vel ad mi-

minimum notoria, quia ad nudam querelam non facile conceditur. Hinc protracta vel denegata iustitia instrumento requisitionis publico de facta requisitione & subsecuta iustitia denegatione lapsus probare compellitur, vel in defectu horum, juramento asseverare vid. Ober- Hofg. Ord. zu Leipzig. Tit. vier vor das Ober- Hofg. geladen werden kan. Nov. 17. c. 8. Gail. 1. obs. 28. Quamvis ob meliorem scientiam Gail. n. 3. juramento soli fidem attribuere nolit, à quo dissentit Mynsing. 3. obs. 58. Rosenthal de feud. c. 12. c. 4. n. 63. Quos tamen conciliat Blum. in Proc. Cam. c. 32. n. 19. His autem nihil obstantibus Mynsing. sententia probata, uti testatur Blum. d. l.

Thes. XXII.

Non autem hoc procedit in Cam. Imp. causas enim huic iudicio suppositas Imperator avocare non potest Gail. lib. 1. obs. 41. n. 3. quia Imperator per modum contractus in ordinationem Camerae consentit: adeoque ad ejus observantiam de jure Comm. obligatur l. digna vox C. de LL. Ord. Imp. tit. 35. p. 2. ibi: Daß Dem Cammer-Vericht sein starker Lauff gelassen werden soll. Cumque Judicium Camerae à Caesare & Statibus constitutum & huc usque continuatum & cum Majestate habet jurisdictionem concurrentem Ord. p. 2. tit. 9. Carpov. lib. 2. tit. 2. Respons. 10. n. 3. Capit. Leopold. §. 26. Exempla vid. ap. Blum. in Proc. Cam. tit. 25. §. 21. & 22. Hoc autem annuentibus Statibus facere potest. Blum. dict. l. n. 24. Secus se habet, si Camera ad reservata Imperat. Majest. manum extendere velit, tunc ad solum Caesarem, nullo statuum consensu adhibito avocatio pertinet Vultej. ad l. 1. C. de jurisdic. n. 168. Mey. decis. 149. n. 10.

Thes. XXIII.

Cum avocatione, quoad quietis iudicis convenit relatio, quae est remissio causae dubiae ab inferiore iudice ad superiorem facta, ut superior rescribat quid pronuncandum sit r. tit. C. de Relat. De modo ejus vid. l. 1. 2. 3. Cod. d. tit. comprobata per Novell. 113. & deinde prohibita per Nov.

125. c. 1. Moribus tamen deinde iterum recepta vid. c. 68. X. de Appellat. Perez. ad Cod. de Relat. n. 5. 6. Richt. in auth. novo jure C. de Relat. n. 6. In cuius tamen locum hodiè ferè succesit actorum transmissio ad JCos., de qua scripsit intergrum tractatum Rennemann.

CAP. V. & ULTIMUM De Contrariis Conquiescent. Offic. Judicis.

S U M M A R I A.

- I. *Judex in delictis ex officio, nemine petente inquirere debet.*
- II. *Idem sine imploratione ea supplere potest, quæ concernunt causas publicas. Personas miserabiles. Causas fiscali. Plures limitationes traduntur remissivè.*

Thef. I.

Hactenus tractavimus, quibusnam ex causis iudicis conquiescat officium; Nunc etiam progrediendum esset ad huius materix contraria. Quoniam autem tanta rerum averfantium in hac dissertatione se offert copia, ut vix pagellarum angustia sufficiens sit, hinc brevitati studebimus & nonnulla, ubi iudex ex mero officio nemine petente officium suum peragere posset, prolaturi sumus. Hoc autem procedit in *Processu Inquisitorio* & delictorum punitione, quod adeo veritati consonum, ut iudex negligens officium, crimine non levi sit obstrictus. O. P. S. de anno 1555. tit. von Unkosten der Peinl. Rechtfertigung. in verb. da kein Kläger vorhanden. Nic. Reusn. lib. 1. decis. 25. n. 30. Pet. Heig. p. 1. q. 39. n. 24. Foller. in P. C. in verb.



verb. aut inquisitione n. 20. 21. Carpzov. P. C. p. 3. quasi. 104. l. ita vulneratus §. 15. π. de Pœn. Quæ inquisitio non modo in Jure Can. Sed & in Jure Civ. per Novell. 128. cap. jubemus. in verb. si quis autem &c. l. congruit π. de Offic. Præs. l. 3. π. eod. tit. l. 1. C. de Custod. Reorum l. ea quidem C. de Accusar. fundata, quin & de constitutione generali tradit J. Clar. l. 5. sent. §. ult. q. 3. n. 6. Bald. in l. ea quidem 7. n. 44. C. de Accusat.

The-f II.

Porro Judex ex officio nemine petente ea, quæ publicam causam attingunt supplere potest Gail. 1. *obs. 50. n. ult.* Hoc enim procedit si officium judicis concernat miserabiles personas l. 9. §. 5. π. de Offic. Procons. In causis fiscalibus per text. in l. 2. §. Senatus π. de jure fisci. Alex. l. 4. §. hoc autem ibi. 25. π. de damn. insect. Plures qui desiderat limitationes hujus asserunt, adeat Socinum *Reg. Jur. Reg. CCXLV. ubi 35. exceptiones enumerat.* Nic. Calvol. *Prax. Aur. §. Judex 1. conclus. 6. & seqq.* D. Zaunschliffer. *tr. de Offic. jud. supplet. per tot.* Hac qualiacunque consignasse sufficiant & quamvis latius ea tractari potuissent non negandum sit, tamen id temporis & instituti ratio non permittit, eapropter in aliud tempus differendum esse duximus. Interim D. T. O. M. sit Laus, Honor & Gloria in sempiterna secula.

FINIS.

E 3

Quam

Quam pulchrum est pigram
doctrina vincere plebem!
Quam pulchrum merito fron-
tis honore frui!

Tu pigrum superas vulgus, tu for-
titer instas

Coeptis: quid restet? nil nisi
frontis honos.

gratul. ser.

IO. PHILIPPVS SLEVOGTIVS,
Academiae Rector.

JUDICIS OFFICIUM defen-
dis jure: QUIESCIT
Judicii fervor: qui tua facta pro-
bat.

Gratulabundus

*Nob. & Clariss. Dn. Doctorando
accinit*

NICOL. CHRISTOPH. LYNCKER,
D. Consil. Sax. intim. & Antecess. Primar.

E 3

Ut

Ut sua Magneti vis est ad ferra trahenda;
sic sua quod Musæ constet, id omnis ait.
Laurum quippe trahunt adamantina vincula Phœbi,
& tantum cepæ non remorantur opus.
Lucet, en! in speculo, quando, Vir! fumis honores,
qui sint felices, faxit ab axe Deus!

Nob. atque Clar. Dn. Doctorando, Amico suo honoratissimo, cum voto omnigenæ prosperitatis scribeb.

IOH. GEORGIUS SIMON, D.
Consil. Aul. & Justit. Sax. Vin.

Dum Tua JUDICIUM cura est, hanc (euge!)
rependit
grata Themis: merces grata laboris erit.

*Boni omnino & fausta adgratulatur. ergo Nobiliss.
DN. DOCTORANDI specimini inaugurali
hæc adponebat f.*

CASPAR POSNER, P. P.

Dum placet in cathedra Tibi *Judex* rite *quiescens*,
Judex lata Tui fama laboris adest.

*Nobilissimo Dn. Doctorando L. M. D.
adposuit*

IO. ANDREAS Schmidt/
Log. & Metaph. P. P.

Quan-

Quando doces quondam quod iudicis ora quiescant,
quæso! quid in stadio sistis & ipse pedem?
An quòd, quæ metam contingunt, spicula torpent?
an quod victorem palma silere jubet?
Non male! sed restat calido de pectore votum;
ut Patriæ vivas & Tibi Numen agat!

Sic Domino Fratri accinit

H. P. Dandlufft / Phil. &
J. U. Stud.



AB: 153 7 19

ULB Halle
003 025 845


3



R

15 17







D. D.
DE
CONQVIESCENTE
OFFICIO IUDICIS

Decreto
Magnifici Jctorum Ordinis
In Illustri Salana
PRÆSIDE

PETRO MÜLLERO, Jcto
Consil. Saxon. Curix Provincialis Scabinatus &
Juridicæ Facultatis Assesore, nec non Pan-
dectarum Profess. Publico
PRO LICENTIA
promovenda

horis ante & pomeridianis.
ad diem Maj. disputabit

HEINR. SIGISM. Dandlufft/
C. M.

Jenæ, typis Bauhoferianis.

